

## Alte Drucke

**MAR-||CI TVLLII CI-||ceronis Liber de || Senectute. || CVM  
ANNOTATIO-||nibus Erasmi Rote-||rodami. ||**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae, 1537**

**VD16 ZV 30552**

PARADOXA M. TVLLII CICEronis cum annotationibus D. Erasmi Roterodami.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154844**

# PARADO

XA M. TVLLII CICE-

ronis cum annotationibus

D. Erasmi Rore-

rodami.

ADDITIS IN MARGINE

scholijs artificij Bartholomeo La-  
tomo Arlunensi autore.

## ● MARCI TVLLII

CICERONIS PARADO-

xa, ad Marcum Brutum.

Dicit se motum Catonis exemplo, audacius etiam  
quàm illum oratorio more de Paradoxis dicēdi peri-  
culum fecisse: idēq; opusculum se ei exhibere.



NIMADVERTI BRV-  
te, sæpe M. Catonem auun-  
culum tuum, cum in senatu  
sentētiā diceret locos gra-  
ues ex philosophia tracta-  
re, abhorrētes ab hoc usu fo-

rensi & publico: sed dicēdo consequi tamen, ut  
illa etiam populo probabilia uiderētur. Quod  
eo maius est illi, quàm aut tibi, aut nobis, quia  
nos ea philosophia plus utimur, quę peperit di-  
cendi copiam, & in qua dicuntur ea, quę non  
multum discrepant ob opinione populari. Ca-  
to autem perfectus (mea sententia) Stoicus, &

Compara-  
tiōe argu-  
mētorum  
ex adiun-  
ctis offen-  
dit Cato-  
ni q̃ sibi  
aut Bruto

D 3 ea sen-



M. TVLLII CICERONIS

difficilius ea sentit, quæ non sanè probantur in uulguſ, & esse.

<sup>2</sup> in ea est hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis, neq; dilatat argumētum, ſed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit. Sed nihil eſt tam incredibile, qđ non dicendo fiat probabile: nihil tam horridū, tam incultum, quod non ſplēdeſcat oratione, & tanquam excolatur. Quod cū ita putarem, feci etiam audacius, quā ille ipſe, de quo loquor. Cato enim duntaxat de magnitudine animi, de continentia, de morte, de omni laude uirtutis, de dijs immortalibus, de charitate patriæ, Stoice ſolet nullis oratorijs ornamentis adhibere.

<sup>4</sup> Ego autem illa ipſa, quæ uix in Gymnaſijs, & in ocio Stoici probant, ludens cōieci in communes locos. Quæ quia ſunt admirabilia, contraq; opinionem omnium, ab ipſis etiam *παράδοξα* appellantur. Tentare uolui, poſſentne proferri in lucem, & ita dici, ut probaretur, an alia quædam eſſet erudita, alia popularis oratio. Eoq; ſcripſi libentius, quod mihi iſta *παράδοξα*, quæ appellantur, maxime uidentur eſſe Socratica, longeque ueriffima. Accipies igitur hoc paruum opusculū lucubratum his iam contractioribus noctibus, quoniam illud maiorum uigiliarum munus in tuo nomine apparuit. Deguſtabis & hoc genus exercitationum mearū, quibus uti cōſueui, cum ea quę dicunt in ſcho-

*Cōmunes loci ſententiæ uulgo etiam probabiles. Paradoxa id eſt, præter opinionem. Popularis oratio ad uulgicaptū accommodata.*

ſcho-



# PARADOXA.

scholis *βενικὰ* ad nostrum hoc oratorium trāsse-  
ro dicendi genus. Hoc tamen opus in apertū ut  
proferas, nihil postulo. Non enim est tale ut in  
arce poni possit, qua illa Minerua Phidiæ, sed  
tantum ut ex eadem officina exisse appareat.

ὅτι μόνον τὸ καλὸν ἀγαθόν, Id est:

Thema.

Quod honestum sit, id solum bonum.

**V**Ereor ne cui uestriū ex Stoi-  
corum hominum disputa-  
tionibus, non ex meo sensu depro-  
pta hæc uideatur oratio. Dicam  
tamen quod sentio, & dicam bre-  
uius, q̃ res tanta dici possit. Nun-  
quam me hercle, ego neque pecu-  
nias istorum, neq; tecta magnifi-  
ca, neq; opes, neq; imperia, neque  
cas, quibus maxime adstricti sunt  
uoluptates, in bonis rebus, aut ex-  
petendis esse numerandas duxi.  
Quippe cum uiderē homines re-  
bus his circumfluentes, ea tamen  
desiderare maxime, quibus abundarent. Ne-  
que enim unquam expletur, nec satiatur cupi-  
ditatis sitis, neque ea solum quæ habent, libidi-  
ne augendi cruciantur, sed etiam amittendi me-  
tu. In quo equidē continentissimorū hominum  
maiorum nostrorū sæpe requiro prudentiam,  
qui hæc imbecillia, & commutabilia pecuniæ

Præmunio ad parādā  
attētionem in re minime  
uulgari, & à cōmuni opi-  
nionē abhorrēte. Trans-  
fert thesīm ad hypothe-  
sīm, ut illustrior fiat ad dī-  
cendum materia, & popu-  
li auribus magis accom-  
modata. Ostendit autem  
pecunias & id gen<sup>9</sup> in bo-  
nis connumeranda nō es-  
se: quod abundantes ad-  
huc ea desiderent, quæ ra-  
tio est ex adiunctis bono-  
rum cōmutabilium, & ue-  
ri boni differentia. Nam  
uerum bonum explet ha-  
bentem: falsum, cupidita-  
tem auget, cuius sitis nun-  
quam expleri potest.

D. 4 mem-



M. TVLLII CICERONIS

Eueritno  
minis au-  
toritatem  
à boni na-  
tura, ne qd  
recepta ap-  
pellatio  
obstet.  
Erasmus:  
\* Aliàs:  
Quam ob-  
rem licet.  
Cōclusio  
per cōces-  
sionē: quā  
Biantis re-  
sponso cō-  
firmat.  
\* Cōclusio  
exēpli per  
acclama-  
tionem.  
Confuta-  
ta falsā ap-  
pellatione  
anteuertit  
obiectionem,  
& re-  
sponderet  
quid reue-  
ra sit bo-  
num.  
\* Corre-  
ctio qua  
accingit  
ad confir-  
mandū de

membra solo uerbo bona putauerunt appellan-  
da, cum re ac factis lōge aliter iudicassent. Po-  
tēstne bonum cuiq̃ malo esse? aut potest quisq̃  
in abundantia bonorū ipse esse non bonus? At-  
qui ista omnia talia uidemus, ut etiam improbi  
habeant, & obsint probis. \* Quamlibet irrideat  
(si quis uult) plus apud me tamen uera ratio ua-  
lebit, q̃ uulgi opinio. Neq; ego unq̃ bona perdi-  
disse dicam si quis pecus, aut supellectilem ami-  
serit. Necnō sæpe laudabo sapientē illum Bian-  
tem (ut opinor) qui enumeratur inter septem sa-  
pientes. Cuius cum quidam patriam Prienen-  
cepisset hostis, cæteri q; ita fugerēt, ut multa de  
suis rebus secum asportarent, cum esset admo-  
nitus à quodam, ut idem ipse faceret, ego uero,  
inquit, facio. Nam omnia mea mecū porto. \* il-  
le hæc ludibria fortunę, ne sua quidem putauit,  
quę nos appellamus etiam bona. \* Quid est igi-  
tur quæreret aliquis, bonum? Si quid recte fit, &  
honeste, & cum uirtute, id bene fieri, & recte di-  
citur. Et quod rectum & honestum, & cum uir-  
tute est, id solum opinor bonū. \* Sed hæc uideri  
possunt obscuriora, cum sine appositione exem-  
plorum lentius disputantur, uita atq; factis il-  
lustranda sunt summoq; uirorum hæc, quę uer-  
bis subtilius q̃ factis disputari uidētur. Quæro  
enim à uobis num ullam cogitationem habuif-  
se uideantur, hi qui hanc Rempublicā tam pre-  
clare



# PARADOXA.

clare fundatam nobis reliquerunt? aut auri, aut argenti ad auaritiam, aut amœnitatum ad delectationē, aut supellectilis ad delitias, aut epularū ad uoluptates? Ponite ante oculos unūquēque regum. Vultis incipiam, à Romulo? uultis post liberam ciuitatem ab his ipsis, qui liberauerunt eam? Quibus tandem gradibus Romulus ascendit in cœlum? Iisne, quæ isti bona appellant? an rebus gestis atque uirtutibus? Quid autem Numa Pompilius? minúsne gratas dijs immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuisse, q̃ delicatas aliorum pateras arbitramur? Omitto reliquos. Sunt enim omnes pares inter se, præter Tarquinium Superbum. Brutum uero si quis roget, quid egerit in patria liberanda: Si quis item reliquos eiusdem cōsiliij socios, quid expetierint, quid secuti sint: numqs existat, cui uoluptas, cui diuitiæ, cui deniq; præter officium fortis & magni uiri quicq̃ aliud propositum fuisse uideatur? Quæ res ad necē Porſenæ? Mutiū impulit, sine ulla spe salutis sue? Quæ uis Horatium Coclitē cōtra omnes hostium copias tenuit in pōte solum? Quæ uis patrem Decium? Quæ filium deuouit, ac immisit in armatas hostiū copias? Quid continentia C. Fabricij? Quid tenuitas uictus M. Curiij sequebatur? Quid duo repugnacula belli Punici C. & P. Scipiones, qui Carthaginensium aduentum

finitionē.  
Confirmatio cōstat exemplis, uim testimoniū obtinentibus.  
Venusta distributio.

Cōgeries exemplorū crebra ac uehementi repetitione.

D s cor-



M. TVLLII CICERONIS

corporibus suis intercludendum putauerunt? Quid Africanus minor? quid maior? Quid inter horum ætates interiectus Cato? Quid innumerabiles alij? Nam domesticis exemplis abundamus.

\* Erasmus aliter: An putabim⁹ quoniam horum cogitasse quicquam in uita sibi experendum. Epilogus argumentationis, per concessionem.

Alia propositio contra Epicureos defendentes uoluptatem esse summum bonum quos refutat a prestantia humanæ naturæ & boni proprio, quo differt a uoluptate.

\* An cogitasse quicquam putamus in uita sibi experendum, nisi quod laudabile esse & preclarum uideretur? Veniant igitur irrisores huius orationis ac sententiæ, & iam uel ipsi iudicent, utrum se horum alicuius, qui marmoreis tectis, ebore, & auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui cælato auro & argento, qui Corinthijs operibus abundant, an C. Fabricij, qui nihil eorum habuit, nihil habere uoluit, se similes esse malint? Atque hæc quidem quæ modo huc, modo illuc transferuntur, facile adduci solent, ut in rebus bonis esse negent. Illud tamen arte tenent, accurateque defendunt, uoluptatem esse summum bonum. Quæ quidem mihi uox pecudum uidetur esse, non hominum. Tu cum tibi, siue deus, siue mater (ut ita dicam) rerum omnium natura dederit animum, quo nihil est prestantius, neque diuinius, sic te ipse abijcias atque prosternes, ut nihil inter te, atque inter quadrupedem aliquid putes interesse? Quicquam ne bonum est, quod non eum, qui possidet, meliorem facit? Ut enim quisque est maxime boni particeps, ita & laudabilis maxime. Neque est ullum bonum, de quo non is, qui id habeat honeste possit gloriari. Quid autem est horum in uolu-



# PARADOXA.

uoluptate? meliorem ne efficit, aut laudabilio-  
rem uirum? An quisquam in potiundis uolupta-  
tibus gloriando se & prædicatione extollit? At  
qui si uoluptas (que plurimorum patrocinijs de-  
fenditur) in rebus bonis habenda non est: eaq;  
quo est maior, eo magis mentem e sua sede & sta-  
tu dimouet, profecto nihil est aliud bene, & bea-  
te uiuere, nisi honeste & recte uiuere.

ὅτι αὐτὰρ κῆρ ἢ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίᾳ,

Id est: In quo uirtus fit, ei nihil deesse  
ad beate uiuendum.

**N**Ec uero ego M. Regulum Exemplum, quod uim ha-  
erumnosum, nec infelicem, bet ex coniugarorum na-  
nec miserum unquam putau. tura. Nam perinde ualet:  
Nō Regulus uir bonus & ru-  
enim magnitudo animi eius cru- mnosus non fuit: igit uir-  
ciabat à Pœnis, non grauitas, non tus non est grūnosa. Item  
fides, non constantia, non ulla uir C. Marius uir fortis in ad-  
tus, nō deniq; animus ipse, qui tot uersis non succubuit: igi-  
uirtutum præsidio munitus, ta ntōq; comitatu tur uirtus nulli fortunæ  
uirtutis septus, cum corpus eius carperet, carpi succumbit.  
certē ipse nō potuit. C. uero Marius uidimus,  
qui mihi secundis in rebus unus ex fortunatis  
hominibus, in aduersis unus ex summis uiris ui-  
debatur, quo beatius esse mortali nihil potest.  
Nescis insane, nescis quātas uires  
uirtus habeat. Nomen tantū uirtu-  
tis usurpas, quid ipsa ualeat igno-  
ras. Nemo potest nō beatissimus

Apostrophe, qua exclamando in M. Antonium inuehitur ut apparet. Nam cum illo grauissimas ini-  
esse,



M. TVLLII CIGERONIS

micitiās exercuit, ut ex  
Philippicis cognoscere  
licer. Tota ex postulario  
exempli uim habet, ad  
confirmādam thematis  
sentētiā: sed acriter &  
copiose tractat.

esse, qui est totus aptus ex sese qui  
que in se uno sua ponit oīa. Cui  
autē spes omnis, & ratio, & cogi-  
tatio pēdet ex fortuna, huic nihil  
potest esse certi nihilq; quod ex-  
ploratum habeat permansurū sibi ne unum qui-  
dem diem. Eum tu hominē terreto, si quē eris  
nactus, istiusmodi mortis aut exiliū minis, mihi  
uero quicquid acciderit in tam ingrata ciuita-  
te, ne recusanti quidem euenerit, nō modo non  
repugnanti. Quid enim ego laboraui, aut quid  
egi, aut in quo euigilaui curā & cogitatio-  
nes meā: siquidem nihil peperī tale, nihil conse-  
cutus sum, ut eo statu essem, quem neq; fortunae  
temeritas, neq; inimicorū labefactaret iniuria.  
Mortem ne mihi minitaris, ut omnino ab ho-  
minibus: an auxilium, ut ab improbis demigrā-  
dum sit? Mors terribilis est his, quorum cum ui-  
ta omnia extinguitur: non his, quorū laus emo-  
ri non potest. Exilium autem terribile ijs, qui-  
bus quasi circumscriptus est habitādi locus, nō  
his, qui omnē orbem terrarū unam urbem esse  
ducunt. \* Te miseriae, te ærumnae premunt oēs,  
qui te beatum, qui te florentem putas, tuā libi-  
dines te torquēt, tu dies noctesq; cruciaris, cui  
nec satis est quod est, & id ipsum quod habes,  
ne non diuturnum sit futurum, times. Te con-  
scientiæ stimulant maleficiorum tuorum, te me-

Vehemens  
reperitio  
ad conten-  
tionem.

# PARADOXA.

tus examinat iudiciorum atq; legum, quocunq;  
aspexisti, ut furie, sic tuę tibi occurrunt iniurię,  
quę te respirare non sinunt. Quā Epilogus, qui colligitur  
obrer ut improbo, & stulto, & iner per sortem. Nā ordo est:  
ti nemini bene esse potest: Sic bo Cuius mores laudantur,  
nus uir & sapiens & fortis miser & uita laudanda est, &  
esse nō potest. Nec uero cuius uir cuius uita laudatur, fugi-  
tus moresq; laudādi sunt, eius nō enda non est, & cuius ui-  
laudanda uita est, neq; porro fu ra fugienda non est, ea mi-  
gienda uita est, quę laudanda est. sera esse non potest: Ergo  
Esset autem fugienda, si esset mise cuius mores laudantur, is  
ra. Quamobrē quicquid esset lau miser esse non potest. Ex  
dabile, idem & beatum, & florens, quo iam infertur summa  
dum uideri debet. intētio, in sola uirtute fe-  
licitate m sitam esse.

ὅτι ὅσα τὰ ἀμαρτήματα, Id est:

Aequalia esse peccata.

**P**Arua, inquit, res est, atque magna culpa. Ratio ab  
Nec enim peccata rerum euentu, sed uitij efficientē.  
hominū metienda sunt. In quo peccatur, id po-  
test aliud alio maius esse aut minus: ipsum qui-  
dem illud peccare, quoquod te uerteris, unū est.

Auri nauem euertat gubernator an paleę, in re  
aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil in-  
terest. Lapsa est alicuius libido in muliere igno-  
ta: dolor ad pauciores pertinet, q̄ si etiam petu-  
lans fuisset in aliqua generosa ac nobili uirgi-  
ne. Peccauit uero nihilo minus, siquidē est pec-  
care tanquam transilire lineas. Quod culpa fe-  
ceris,

Confirma-  
tio per ex-  
empla, q̄ a  
speciebus  
sumunt.

Approba-  
tio a simi-  
li.

ceris,



M. TVLLII CICERONIS

ceris, cum commissa est, quā longe progrediare, cum semel transferis, ad augendā trāseundi cul-  
 pam, nihil pertinet. Peccare certē licet nemini.  
 Aliud argumētum à proprio. Quod autē non licet id hoc uno tenet: si argui-  
 tur non licere. Id siquidē nec maius, nec minus  
 unquā fieri potest. Quoniā in eo est peccatum, si  
 non licuit, quod semper unum & idem est, quae  
 ex eo peccata nascuntur, æqualia sint oportet.

Alia argumētatio à con- Quod si uirtutes pares sunt inter  
 nexis, siue consequētibus se, paria esse etiā uitia necesse est.  
 secundū Fabium, uel à re- Atq; pares esse uirtutes, nec bono  
 bus sub eādē ratiōnem uiro meliorē, nec temperatē tēpe-  
 uenientibus, cuius prior rantiorē, nec forti fortiorē, nec sa-  
 pars syllogismo conditio- piētē sapientiorē posse fieri, facil-  
 nali explicatur. Nam to- lime potest perspicui. An uirū bo-  
 tus ordo per soriten con-  
 uertitur.

Probatio num dices, qui depositū nullo teste, cum lucrari  
 adsumpti impune posset auri pondo decem, reddiderit: si  
 onis per idem in decem millibus auri pondo nō idem se-  
 species, ex cerit? Aut tēperantem eum, qui se in aliqua libi-  
 ui definiti- dine cōtinuerit, in aliqua effuderit? Vna uirtus  
 tionis. est consentiens cum omni ratione, & perpetua  
 Integra- constantia. Nihil huic addi potest, quo magis  
 tio eiusdē uirtus sit, nihil demi, ut uirtutis nomen relin-  
 argumēta- quatur. Etenim si benefacta, recta facta sunt,  
 etiā, à na- & nihil recto rectius est, certē nec bono quidē  
 tura & de- melius quicquam inueniri potest. Sequitur igitur,  
 finitione utitur, ut etiam uitia sint paria. Siquidem prauita-  
 Probatio- tes animi recte uitia dicuntur. At qui quoniam  
 ex coniu-  
 gatis.  
 Comple-  
 xio ante- pares



# PARADOXA.

pares uirtutes sunt recte etiam facta, quonia à uirtutib<sup>9</sup> proficiſcūtur, paria eſſe debent. Itemq<sup>3</sup> peccata, quoniam ex uitijſ manant, ſint æqualia neceſſe eſt. A philoſophis, inquit, iſta ſumis: metuebam

ne à lenonib<sup>9</sup> diceret. Socrates diſputabat iſto modo: Bene Hercule narras, nam iſtum doctū & ſapientem uirum fuiſſe memoria traditum eſt. Sed tamen quæro ex te, quando uerbis inter nos cōtendimus, non pugnis: utrum potius de bonis eſt quærendum, quid baiuli atq<sup>3</sup> operarij, an quid homines doctiſſimi ſenſerint: præſertim cum hac ſententia, nō modo uerior, ſed ne utilior quidem hominum uitæ reperiri ulla poſſit. Quæ uis eſt em̃ quæ magis arceat homines ab omni improbitate, q̃ ſi ſenſerint nullum in delictis eſſe diſcrimen? Et eque peccare ſe, ſi priuatis, ac ſi magiſtratibus manus inferantur: quancunq<sup>3</sup> in domum ſtuprum intulerint, eandem eſſe labē libidinis? Nihilne igitur intereſt, (nam hoc dicet aliquis) patrem quis necet, an ſeruum? Nuda iſta ſi pones, iudicari qualia ſint, non facile poſſunt. Patrem uita priuare, ſi per ſe ſcelus eſt: Saguntini, qui parentes ſuos liberos emori, quā ſeruos uiuere maluerunt, paricidæ fuerunt. Ergo & parenti nonnunquam adimi uita ſine ſcelere poteſt, & ſeruo ſæpe ſine

greſſa collectionis.

Complexio totius acceptionis: cuius ſumma eſt: Virtutes pares ſunt, igit uitia ſunt paria: & porro uitia ſunt paria, igitur & peccata.

Anteuer-  
tit obie-  
ctionē re-  
futāt à pru-  
dētia & au-  
toritate:  
ab utili cō-  
firmat.

Confirma-  
tio utilita-  
tis.

Alia obie-  
ctio, quæ  
distingue-  
do ſoluif.  
Distingue-  
it enim na-  
turam à  
cauſa & la-  
titudine

iniu-



M. TVLLII CICERONIS

peccati: & fateſ his duobꝰ peccatū aliud alio maius eſſe poſſe, at natura & ſubſtantia ſemper æquale.

Antipophora, q̄ reddit intentionē. Probatio à natura uirtutis, p̄ ſubiūctionem. Confirmatio à ſimili. Redditio comparatiōis, qua congeruntur plura à minori, & in fine ſententia thematis inducitur.

iniuria non poteſt. Cauſa igitur hæc, non natura diſtinguit. Quæ quando ultro alteri acceſſit, id fit propenſus. Si utrobique coniuncta eſt, paria ſiant neceſſe eſt. Illud tamen intereſt quod in ſeruo necãdo ſi id fit iniuria ſemel peccatur, in patris uita uiolanda, multa peccatur. Violat is, qui procreauit: is qui aluit: is, qui erudiuit: is, qui in ſede ac domo, atq; in Repub. collocauit. Multitudine peccatorum præſtat, eoꝝ pœna maiore dignus eſt. Sed nos in uita non quæ cuique peccato pœna ſit, ſed quantum cuique liceat, ſpectare debemus. Quicquid non oportet, ſcelus eſſe, quicquid nō licet, nephas putare debemus. Etiãme in minimis rebus? Etiam. Siquidẽ rerum modum fingere non poſſumus, animorum modũ tenere poſſumus. Hiſtrio ſi paulo ſe mouit extra numerum, aut ſi uerſus pronunciatuſ eſt ſyllaba una breuior aut longior, exhibatur & exploditur. In uita quæ omni geſtu moderatior, omni uerſu aptior eſſe debet: ut in ſyllabate peccare dices? poëtã nō audio in nugis, in uitæ ſocietate audiã ciuem digitiſ peccata dimetientem ſua? quæ ſi uiſa ſint breuiora, leuiora quĩ poſſint uideri? cum quicquid peccat, perturbatione peccetur rationis atq; ordinis. Perturbata autem ſemel ratione & ordine, nihil poſſit addi, quo magis peccari poſſe uideatur.

ὅτι πάντες δι' ἡμῶν τοι μαινόμεθα, Id eſt:

omnes

# PARADOXA.

Omnes stultos insanire.

**E**Go uero te nō stultum, ut sapiens, non improbū, ut semper, sed demētem, & insanū rebus ad dicā necessarijs. Sapiētis animus, magnitudine cōsiliij, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, uirtutibus deniq; omnibus, ut mœnibus sepius uincetur & expugnabitur, qui nec ciuitate quidem pelli potest? Quæ est em̃ ciuitas? Omnis ne conuentus etiā ferorum & immanium? omnis ne etiam fugitiuorū, ac latronū congregata unum in locum multitudē? certe negabis. Nō igitur erat illa tum ciuitas, cum leges in ea nihil ualebant, cum iudicia iacebant, cum mos patrius occiderat, cum ferro pulsus magistratibus, senatus nomen in Republica non erat: Prædonum ille cōcursus, & te duce latrocinium in foro constitutum, & reliquæ coniurationis à Catilinæ furij, ad tuum scelus furoremq; conuerse, num ciuitas erat? Itaque pulsus ego ciuitate non sum, quæ nulla erat, accersitus in ciuitatē sum, \* cum esset in Republica consul, qui tum nullus fuerat, essetq; senatus, qui tum occiderat, esset consensu populi liberi, esset iuris & æquitatis (que

Et hic cōtrahit thesīm ad hypothesīm, ut illustrior fiat oratio. Nam tota ītēione in P. Clodium īuehitur ut unius improbitate pposita omnes demonstrer. Est autem hæc summa probatiōis. Quisquis sapienti noceri posse putat, insanit. At Clodius putat. Igitur Clodius insanit. A cōfirmatione adsumptionis incipit, cuius propositio est: Ego uero te, & cætera, quæ probatur ex adiacentibus sapiētis, & definitione ciuitatis. Deinde transit ad cōfirmationem maioris propositionis: At uide quam, & cætera.

Cōclusio.

\* Aliās ut esset.

E uin.



M. TVLLII CICERONIS

uincula sunt ciuitatis)reperita memoria . At uide quàm ista tui latrocinij tela contempserim.

**C**ōfirmat noceri nō posse Iactam & immissam à te nefariā  
sapienti, quæ ratio maioris propositionis est, q̃ dixi. Nam si noceri non potest, stultus & insanus est, in me iniuriam semper duxi, tamē  
qui putat. Probat autē ex peruenisse ad me nunquam putauit. Nisi fortē cum parietes disturbabas, aut cum tectis sceleratas fa-  
ces inferebas, meorū aliquid rueret, aut in urbe deflagrare arbitrabar. Nihil enim meum est, neque  
ras uirtutes, eripi nō posse. Exponitur argumentum per oppositionem. cuiusquam quod auferri, quod eripi, quod amitti potest, si mihi eri-

puisses diurnam animi mei cōstantiam, meas curas, uigilias, consilia, quibus Respublica inuicta stat: si huius æterni beneficii immortalē memoriam deleuisses, multo etiam magis, si illam mentem, unde hæc consilia manarunt, mihi eripuisses, tum ego accepisse me cōfiterer iniuriā. Sed si hæc nec fecisti, nec facere potuisti, reditū mihi gloriosum tua fecit iniuria, nō exitum ca-

**E**pilogus totius argumentationis, qui excipitur cōtentione, ad augendā acrimoniam. Cōtendit enim illum nunquam ciuem, se nunquam exulem fuisse: confirmat ex ui definitionis utriusq̃, à proprijs & differentibus.

lamitosum . Ergo ego semper ciuis eram, & tum maxime cum meam salutem senatus exteris nationibus, ut ciuis optimi commendabat. Tu ne nūc quidem es ciuis, nisi forte idē hostis esse, et ciuis potest. An tu ciuem ab hoste natura ac loco, non animo factistq̃ distinguis? Cædem in fo-



# PARADOXA.

In foro fecisti, armatis latronibus templa tenuisti. Priuatorum domos, ædesq; sacras incendiisti. Cur hostis Spartacus, si tu ciuis? Potes autē esse tu ciuis propter quem aliquādo ciuitas non fuit? & me exulē tuo nomine appellas, cum oēs meo discessu exulasse Rempublicā putēt. Nunquāne homo amētissime te circūspicies? Nunquēne quid facias cōsiderabis, nec quid loquare? Nescis exilium scelerū esse pœnam? meum illud iter ob præclarissimas res à me ante gestas esse susceptum? Omnes scelerati, atq; impij, quorū tu te ducē esse profiteris, q̄s leges exilio affici uolunt, exules sunt, etiā si solum nō mutarunt. An cum omnes leges te exulem esse iubeant, non eris tu exul? Non appellatur inimicus, qui cum telo fuerit ante senatum? Tua sica deprehensa est. Qui hominē occiderit? tu plurimos occidisti. Qui incendium fecerit? ædes Nympharum manu tua deflagrauit. Qui templa deorum occupauerit? in foro etiā castra posuisti. Sed quid ego cōmunes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiarissim⁹ tuus Cornificius de te priuilegium tulit, ut si in opertum bonæ deæ accessisses, exulares. At te id fecisse etiam gloriari soles. Quomodo igitur tot legibus in exiliū eiectus, nomen exulis non perhorrescis? Romæ sum inquis, & tu quidem in \* Ponto fuisti. Nō igitur ubi quisq; erit, eius loci ius tenebit, si

E 2 ibi

Refellit  
obiectā sibi  
exulis  
appellatio  
nem, & in  
Clodij re  
torquet.  
Legib⁹ &  
præiudi  
cijs.

Corre  
ctio.

Cōclusio  
cū occupa  
tiuncula  
quæ refel  
lit à pari.  
\* Aliās op  
to.



M. TVLLII CICERONIS

ibi cum legibus esse subiectum non oportebit.

ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, πάντες δὲ μωροὶ  
δούλοι, id est: Omnes sapientes liberos esse, & stul-  
tos omnes seruos.

Ab hypo-  
thesi ster-  
nit uia ad  
thema col-  
lectione à  
minori.  
\* Erasmus  
aliter, pri-  
us.

Præmuni-  
tio ad ad-  
sertionem  
thematis,  
à loco. In-  
ducit the-  
ma specie  
confirma-  
tionis ar-  
gumēti à  
minori.

Cōfirmatio sententię the-  
matis à definitione liber-  
tatis. Nam argumentatio  
est. Quisquis uiuit ut uult  
liber est, solus sapiens ui-  
uit ut uult, igitur solus sa-  
piens est liber. Quæ cum  
ratiocinatio sit loco at mi-

**L** Audetur uero hic imperator, aut etiam ap-  
pelletur, aut hoc nomine dignus putetur.  
Quomodo? aut cui tandem hic libero impera-  
bit, qui nō potest cupiditatibus suis imperare?  
Refrenet \* primum libidines, spernat uolupta-  
tes, iracundiam teneat, coërceat auaritiam, cæ-  
teras animi labeis repellat. Tum incipiat alijs  
imperare, cum ipse improbissimis dominis de-  
decori, ac turpitudini parere desierit. Dum qui-  
dem his obediet, nō modo imperator, sed liber  
habendus omnino non erit. Præclare enim est  
hoc usurpatum à doctissimis, quorum autorita-  
te non uteretur, si mihi apud aliquos agrestes hæc  
habenda esset oratio. Cum uero apud pruden-  
tissimos loquar, quibus hæc inaudita non sunt,  
cur ergo similem me, si quid in his studijs ope-  
ræ posuerim, perdidisse? dictū est igitur ab eru-  
ditissimis uiris, nisi sapientem liberum esse ne-

minem: Quid est em̃ libertas? po-  
testas uiuendi, ut uelis. Quis igi-  
tur uiuit ut uult, nisi qui recta se-  
quitur, qui gaudet officio, cui ui-  
uendi uia considerata, atque pro-  
missa est: qui legibus quidem non  
pro-

pro-



# PARADOXA.

propter metum paret, sed eas se-  
quitur, atq; colit, quia id salutare  
maxime esse iudicat: qui nihil di-  
cit, nihil facit, nihil cogitat deni-  
que, nisi libèter ac libere: cuius o-  
mnia cōsilia, resq; omnes, quas ge-  
rit, ab ipso proficiunt, eodēq;  
ferūtur? Nec est ulla res, quę plus

noris propositionis pro-  
batio ponit: Quid est cū  
libertas, &c. Deinde ad-  
sumptiōis probatio: Quis  
igit uiuit ut uult, &c. Ex  
qua illata adsumptiōe: So-  
li igitur hoc cōtrahit sapiē-  
ti, &c. Postremo loco con-  
clusio subiicitur. Quod &  
si ita esse pluribus uerbis,  
& cetera.

apud eum polleat, quā ipsius uoluntas atq; iu-  
dicium. Cui quidem etiam (quæ uim habere ma-  
ximam dicitur) fortuna ipsa cedit, sicut sapiens  
poëta dixit: Suis cuique fingitur moribus: Soli  
igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat in-  
uitus, nihil dolēs, nihil coactus. Quod si ita esse  
pluribus uerbis differēdum est, illud tamen &  
breue, & consitendū est, nisi qui ita sit affectus,  
esse liberum neminem. Igitur omnes improbi  
serui, nec hoc tam re est, quā dictū inopinatū  
atq; mirabile. Non enim ita dicunt eos esse ser-  
uos ut mancipia, quę sunt dominorum facta ne-  
xu, aut aliquo iure ciuili: sed si seruitus sit, sicut  
est obedientia fracti animi, & abiecti, & arbi-  
trio carētis suo: quis neget omnes leues, omnes  
cupidos, omnes denique improbos esse seruos?  
An ille mihi liber uidetur, cui mulier imperat,  
cui leges imponit, præscribit, iubet, uetat quod  
uidetur, qui nihil imperanti negare potest, ni-  
hil recusare audet? Si poscit, dandum est: si uo-

E 3 cat,

\* Erasmus  
aliter: bre-  
ui conficiē-  
dum est.  
A contra-  
rio infert  
alterā par-  
tē themā-  
tis, & con-  
firmat ex  
ui defini-  
tionis, quę  
seruitus  
dicēda sit.  
Colligit  
uim serui-  
tutis à si-  
gnis, & M.  
Antonii  
designat.  
Similitu-  
do ad rei  
declaratio-  
nem.



M. TVLLII CICERONIS

eat, ueniendum: si eiicit, abeundum: si minatur,  
extimescendum. Ego uero istum, non modo ser-  
uum, sed nequissimum seruum, etiam si in am-  
plissima familia natus sit appellandum puto. At  
que ut in magna familia stultorum, sunt alij lau-  
tiores (ut sibi uidentur) serui, sed tamen serui,

\* Mire ua-  
riât hic co-  
dices, legē-  
dum arbi-  
tror serui  
Atrienſes,  
ſed tamen  
ſerui quē  
ac tu.

Obiectio,  
quam ſol-  
uit propo-  
ſita ſimili-  
tudine.

Signa, qui-  
bus ſerui  
ſus demō-  
ſtratur.

Obiectio  
quæ ſoluif-  
a rēperan-  
tia & deco-  
ro.

Exempla

Atrienſes \* actu: pari ſtultitia ſunt, quos ſigna,  
quos tabule, quos cælatum argentum, quos Co-  
rinthia opera, quos ædificia magnifica nimio  
opere delectant. Et ſumus, inquit, principes  
ciuitatis: Vos uero ne ſeruorum quidem ueſtro-  
rum principes eſtis. Sed ut in familia, qui tra-  
ctant iſta, qui tergunt, ungunt, qui uerrunt, qui  
ſpargunt, non honeſtiſſimum locum ſeruitutis  
tenent: Sic in ciuitate, qui ſe iſtarum rerum cu-  
piditatibus dediderunt, ipſius ciuitatis locum  
penē inſimum obtinent. Magna, inquis, bella  
geſſi: magnis imperijs, & prouincijs præfui. Ge-  
re igitur animum laude dignum. Echionis ta-  
bula te ſtupidum detinet, aut ſignum aliquod  
Polycleti. Mitto unde ſuſtuleris, & quomodo  
habeas. Intuentem te admirantem, clamore tol-  
lentem cum uideo, ſeruum te eſſe ineptiarum o-  
mniū iudico. Nonne igitur ſunt illa feſtiua?  
Sint. Nā nos quoq; oculos eruditos habemus.  
Sed obſecro te, ita uenusta habeantur iſta, non  
ut uincula uiroꝝ ſint, ſed ut oblectamenta  
puerorum. Quid enim cenſeſ? ſi L. Mummius  
ali-

ali-

# PARADOXA.

aliquem istorum uideret matellionem Corinthium cupidissime tractantem, cum ipse toram Corinthum contempsisset, utrum ullum ciuem excellentem, an Atriensem seruum diligentem putaret? Reuiscat M. Curius, aut eorum aliquis quorum in uilla ac domo nihil splendidum, nihil ornatum fuit præter ipsos. Et uideat aliquem summis populi beneficijs usum, barbatus mululos exceptantem de piscina, & pertractantem, & murenarum copia gloriantem. Nonne hunc hominem ita seruum iudicet, ut ne in familia quidem dignum maiore aliquo negotio putet? An eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculij nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? Hæreditatis spes, quid iniquitatis in seruiendo non suscipit? Quem nutum locupletis orbi senis non obseruat? Loquitur ad uoluntatem. Quicquid denuntiatur sit, facit, assentatur, assidet, miratur. Quid horum est liberæ? quid denique nisi serui non inertis? Quid iam illa cupiditas, (quæ uidetur esse liberalior) honoris, imperij, prouinciarum? quàm dura est domina, quàm imperiosa, quàm uehemens? Cethego homini non probatissimo seruire res coëgit eos, qui sibi esse amplissimi uidebantur, munera mittere, noctu uenire domum ad eum, precari, denique supplicare. Quæ seruitus est, si hæc libertas existimari potest? Quid? cum cupi-

uim testimoniorum habere contra intemperantes.

In auaros.

Signa seruitutis.

In ambitiosos.

Exemplum confirmans ambitiosis seruitutem. Serui ex metu & conscientia.



M. TVLLII CICERONIS

ditatum dominatus excessit, & alius est dominus exortus ex consciētia peccatorum timor. Quam est illa misera, q̄ dura seruitus? Adolescentibus paulò loquacioribus est seruiendum: omnes, qui aliquid scire uidentur, tanq̄ domini timētur. Iudex uero quātum habet dominatū: quo timore nocentes afficit? An non est omnis metus seruitus? Quid ualet igitur illa eloquentissimi uiri L. Crassi copiosa magis quā sapiens oratio? Eripite nos ex seruitute. Quae est ista seruitus, tā claro homini, tamq̄ nobili? Ois enim animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas, seruitus est. Nolite sinere nos cuiq̄ seruire. In libertatē uindicari uult? Minime. Quid em̄ adiungit, nisi uobis uniuerfis. Dominū mutare, non liber esse uult. Quibus & possumus, & debemus. Nos uero si quidē animo excelfo & alto, & uirtutibus exaggerato sumus, nec debemus nec possumus. Tu posse te dicito, quando quidem potes. Debere ne dixeris: quoniā nihil quisquam debet, nisi quod est turpe non reddere. Sed haec haec tenus. Ille uideat quomodo imperator esse possit, cum eum ne liberum quidē esse ratio & ueritas ipsa conuincat.

ὅτι μόνῳ ὁ σοφὸς πλούσιος. Id est:

Quod solus sapiens diues sit.

In Marcū  
Crassum,

**Q**uae est ista in commemorāda pecunia tua tam insolens ostentatio? solus ne tu di-

Exemplū  
L. Crassi  
oratoris.

<sup>10</sup>  
Redit ad  
hypothe-  
sim & ab-  
rupte con-  
cludit.

# PARADOXA.

diues? Proh dii immortales. Egone me audiuis-  
 se aliquid, & didicisse non gaudeam? Solus ne tu  
 diues? Quid si ne diues quidem? quid si pauper  
 etiam? Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc  
 uerbum, in quo homine ponimus? Opinor in eo,  
 cui tanta possessio est, ut ad liberaliter uiuendum  
 facile contentus sit: qui nihil quaerat, nihil ap-  
 petat, nihil optet amplius. Animus enim tuus  
 oportet se iudicet diuitem, non hominum sermo, neque  
 possessiones tuas. Qui nihil sibi deesse putat, ni-  
 hil curat amplius, satiatus est, aut contentus etiam  
 pecunia, concedo, diues est. Sin au-  
 tem propter auiditatem pecuniae  
 nullum questum turpem putas, cum  
 isti ordini ne honestus quidem pos-  
 sit esse ullus, si quod die fraudas,  
 decipis, posciscis, pacisceris, auferis  
 eripis, si socios spoliis, aerarium ex-  
 pilas, si testamenta amicorum expectas, aut ne  
 expectas quidem, at ipse supponis: haec quidem  
 utrum abundantis, an egentis signa sunt? Ani-  
 mus hominis diues non arca appellari solet. Quam-  
 uis illa sit plena, dum te inanem uidebo, diuitem  
 non putabo. Etenim ex eo, quantum cuique satis,  
 metiuntur homines diuitiarum modum. Filiam  
 quis habere pecunia est opus. Duas: maiore. Plu-  
 res: maiore etiam. Si (aiunt) Danai quinquagin-  
 ta sunt filiae, tot dotes magnam quaerunt pecu-  
 niam.

cognomen  
 to diuitem,  
 interditur  
 hoc para-  
 doxon.

A defini-  
 tione quis  
 fit diues.  
 Confirma-  
 tio a pro-  
 prio.

Adsumptio argumētatio-  
 nis, illata per oppositio-  
 nem. Nam ratiocinatio:  
 Qui nihil cupit est diues.  
 Crassus adhuc cupit, igitur  
 Crassus non est diues.  
 Adsumptio firmatur a si-  
 gnis. Sin autem propter,  
 & cetera.

Similitu-  
 do ad de-  
 clarandum  
 rem.

E s niam.



M. TVLLII CICERONIS

\*Erasmus aliter, factis. Redditio claudens in tentionem. Adsumptio argumenti, ex ipsi<sup>o</sup> Crassi confessione. Completio.

niam. Quantum enim cuique opus est, ad id accommodatur, ut ante dixi, diuitiarum modus. Qui igitur non filias plures, sed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tempore maximas copias exhaustire possint, hunc quomodo ego appellabo diuitem, cum ipse egere se sentiat? Multi ex te audierunt, cum diceres neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus, quod Populus Romanus ex tantis uectigalibus iam pridem uix potest. Igitur hoc proposito nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri sex legiones, & magna equitum ac peditum auxilia possis. Iam fateris igitur non esse te diuitem, cui tantum deficit, ut expleas id quod exopias. Itaque istam paupertatem, uel potius egestatem, ac medicitatem tuam nunquam obscure tulisti. Nam ut his qui honeste rem quærunt, mercaturis faciendis, operis dandis, publicis sumendis, intelligimus opus esse quæsito: sic qui uidet domi tuæ pariter accusatorum atque iudicum confociatos greges, qui nocentes & pecuniosos reos, eodem te autore corruptelam iudicij molientes, qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs intercisas, pecuniarum in concionibus candidatorum, dimissiones libertorum ad scenerandas diripiendisque prouincias, qui expulsiões uicinorum, qui latrocinia in agris, qui

Signa, & argumēta egestatis ex uita Crassi.

Maiores pro

qui

# PARADOXA.

qui cum seruis, cum libertis, cum clientibus societates, qui possessiones uacuas, qui proscriptiones locupletum, qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis messem recorderetur, qui testamenta subiecta, qui sublatis tot homines, qui denique omnia uenalia, delectum, decretum, alienam, suam sententiam, forum, domum, uocem, silentium, quis hunc non putet cōfiteri, sibi quæsito opus esse? Cui quæsito autem opus sit, quis unquam hunc uere dixerit diuitem? Est enim diuitiarum fructus in copia. Copiam autē declarat satietas rerum, atq; abundantia, quam tu (quoniam nunquam assequere) nunquam omnino es futurus diues. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, & recte. Est enim ad uulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me filebo, de te loquar. Si censenda nobis, atque æstimanda res sit, utrum tandem pluris æstimabimus pecuniā Pyrrhi, quam Fabritio dabat, an continentiam Fabritij, qui illam pecuniam repudiabat? Vtrum aurum Samnitum, an responsum M. Curiij? hæreditatem L. Pauli, an liberalitatem Aphricanij? qui eius hæreditatis Q. Maximus fratri partem suam concessit. Hæc profecto quæ sunt summarum uirtutum potiora, pluris æstimanda sunt, quàm illa, quæ sunt pecuniæ membra. Quis igitur (siquidem ut quisque

possitio.  
Nam ad  
sumptiois  
probario  
anteceffit.

Complexio.

Adhibere  
exempla  
testimoniorum  
loco.

Inserti in  
sola uirtute  
esse diuitias,  
a proprio  
confirmans.

quod



M. TVLLII CICERONIS

quod plurimi sit, possideat, ita ditissimus habendus sit) dubitet, quin in uirtute diuitiæ sint: quoniam nulla possessio, nulla uis auri, & argenti, pluris quam uirtus æstimanda est. O dii immortales, non intelligunt homines, quam magnum uectigal sit parsimonia. Venio enim iam ad sumptuosos, relinquo istum quaestuosum. Caput ille ex suis prædijs sexcenta sestertia, ego cætena ex meis: illi aurata tecta in uillis, & sola marmorea: ea facienti, & signa, tabulas, supellectilē & uestem infinite concupiscenti, non modo ad fructum ille est sumptus, sed etiam ad fœnus exiguus. Ex meo tenui uectigali, detractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiā redundabit: Vter igitur est ditior, cui deest an cui superat? qui eget, an qui abundat? cuius possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam, an quæ suis se uiribus sustineret? Sed quid ego de me loquor, qui morum ac temporum uitio aliquantum etiam ipse fortasse in huius seculi errore uerser? M. Manlius patrum nostrorum memoria (ne semper Curios, & Luscinios loquamur) pauper tãdem fuit, habuit enim ædículas in Carinis, & fundum in

Exemplis  
facta cōpa  
ratioe, col  
ligit fru  
galē pau  
perē locu  
plete, sum  
ptuoso di  
tiorē esse.

Correctio  
qua trāsit  
ad potius  
exēplum.

\*Erasmus  
aliter: La  
bicono.  
Cōfirmat  
exempli  
uim a pro  
prio diui

\*Licopo. Nos igitur ditiores sumus, qui plura habemus? Vtinam quidem essemus. Sed nō æstimatione census, uerum uictu atque cultu terminatur pecuniæ modus: Non esse cupidum pecuniæ, nō esse emacē, uectigal est. Contentum uero suis

# PARADOXA.

suis rebus esse, maximæ sunt, certissimæq; diuitiarum & Ætæ. Etenim si isti callidi rerû æstimatores, præta & areas quasdam magno æstimant, quod ei generi possessionû minime quasi noceri potest: ne quis sit pecuniæ modus: approbata minori. quanti est æstimanda uirtus, quæ nec eripi, nec surripi potest unquam, nec naufragio, neque incendio amittitur: nec tempestatum, nec temporum permutatione mutat? Qua præditi qui sunt, soli sunt diuites: Soli enim possidēt res, & Epilogus. fructuosas & sempiternas, soli (quod est proprium diuitiarum) contenti sunt rebus suis. Satis esse putant quod est, nihil appetunt, nulla re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requirunt. Improbi autem & auari, quoniam incertas, atq; in casu positas possessiones habent, & plus semper appetunt, nec eorum quisquam adhuc inuentus est, cui quod haberet esset satis, non modo non copiosius ac diuites, sed etiā inopes ac pauperes existimandi sunt.

MARCI TVLLII CICE-  
ronis Paradoxorum,  
FINIS.

ANNO.